

Aurea callebat sacra sacra scita Themistōs,
 Et falces tenuit, magnā cum laude, Gubenā,
 Justitiæ Vindex & servantissimus æqui.
 Huncce Virum Virtus dudum pernicibus alis
 Vexit ad egregiæ sublimia culmina Famæ,
 Quā Flammæ ingentes stellarum & purior æther
 Excipiunt doctas superis in sedibus umbras.
 Quam pulchrum, Fratrem Fratris vestigia clara
 Persequier, nec non conscendere culmen honoris!
 Donec *NEUMANNUS* Patriæ res flexit habentis,
 Protectore suo divam gestire Themistam
 Vidimus: ille fuit rigidus nam cultor honesti,
 Defensare bonos, nec non punire malignos
 Usq; sategit: erat similis, mihi crede, Catoni,
 Justitiam semper dependit lancibus æquis,
 Audit & causas inopum, fuit Urbis Asylum.
 Impia nil metuit scurrilis murmura sannæ.
 Ecclesiæ defensor erat, Pater atq; Patronus:
 Hocq; exultabant exulta Præsida Musæ.
 Non ebur immeritus pressit; non Patria sacros
 Commisit falces indigno: Curia novit,
 Quam benè commissas rerum moderatus habenas.
 In rebus cunctis est velificatus honori
 Numinis, Ensiseri *PATRIS*, nostriq; *SENATUS*.

Ardua non mihi Parnassi, totusq; reclusus
 Sufficeret numeris Helicon: ut dicere possim
 Curas pro Patriâ susceptas atq; labores.
 Certè tot meritis patriam cumulavit Is urbem,
 Numinis auxilio, *PATRUM* medianteq; curâ:
 Ut prius æthereos abjungat in æquore Vesper
 Solis equos, dignis quàm consequar omnia dictis
 O Consul felix animi, quicumq; tuetur
 Spes patrias meritis, & publica commoda curat,
 Posthabitis privis, & inevitabile legum
 Imperium pœnis urget precioq; statuto!

Turris Sena-
 toriæ 1675.

Consule *NEUMANNO*, Turris reparatur in urbē,
 Ædem quæ decorat, in quā Sacer Ordo *SENATUS*
 Convenit, & gravibus de rebus pectore cauto
 Consultat. Turri nomen spectatur in istâ
NEUMANNI, quod non abolebit longa vetustas.

Superior Cu-
 rator Eleemo-
 synarum, 1675.

Hic, cum Consul erat, Curator ritè sit Æris
 Superior; quod dant miserandæ sortis alumnis
 Hi, qui fara dolent aliorum corde sinistra.

Curator No-
 tocomii D. Ja-
 cobi 1675.

Ædis factus item Curator, Dive Jacobe,
 Ritè tuæ, miseris quæ dat, quæ postulat esus.
 Talis in urbe Ædis quavis est utilis usus.
 Urbibus in cunctis nam multi dantur egeni.

Pro-Consul.
 1676.

Jam donandus erat requie, *NEUMANNUS*, Atlanti
 Atq; novo moles erat imponenda regendi:
 Sed quia par moli fuerat non ille ferundæ;
 Consulis ergò vices *NEUMANNUS* obire novelli
 Cogitur, ac iterum curarum pondera portat.
 Sol radians equidem primis emissus ab Indis
 Omnia percurrit, quæ culta incultaq; tellus
 Sustinet, ac tangens Inquisitoris Iberi
 Ostia, mox dimittit equos, mox occidit ipse,
 Ensiser Orion redit, aureaq; exerit arma,
 Lunaq; cornigero nunc intus concava vultu

Nunc

Elias
 dorus
 regem
 Chris
 Moll
 Conf
 16
 Carol
 Her.
 6. 16